

## Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in  
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,  
sive Monita, Omnibus ac ...**

**Quenstedt, Johann Andreas**

**Wittebergæ, 1708**

**VD18 13565508**

II. Non destituatur cognitione Logicae, Rhetoricae, Physicae, Metaphysicae,  
Ethicae, Politicae, Historiae Ecclesiasticae & profanae, ac Matheseos.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082

paraphrases nonnunquam consuluisse, non erit nullum operæ pretium.

## II.

Non destituatur cognitione Logicæ, Rhetoricæ, Physicæ, Metaphysicæ, Ethicæ, Politicæ, Historiæ Ecclesiasticæ & profanæ, ac Matheseos.

Εἰρησμός.

**N**on solum studium Lingvarum, sed & Disciplinarum futuro Oratori Ecclesiastico necessarium est, Eumq; maximè ornat & juvat. Quemadmodum enim volucris non unâ sed geminâ alâ sese librat, & in altum evolat, ita quoq; adminiculo utriusque Eruditionis *Philologica* & *Philosophica* suavicopulâ mutuò devinctarum & reciproçâ ope sese invicem adjuvantium ad sublimia Theologiæ, cùm in genere, tùm Didacticæ seu Ecclesiasticæ in specie enitendum est, Meritò *Regina disciplinarum omnium est Theologia*, inquit *Erasmus* Adag. I. Chiliad. IV. Centur. V. pag. 934. *verum hac erit & honestior & instructior, si tam utiles pedisequas, quâ decet comitate receperit in suum famulitium.* Eleganter hæc Germanicè expressit

fit



sic B. D. Dannhaverus part. VIII. Lact. Carech.  
 pag. 409 Freye Künste/ inquit, und Spra-  
 chen/ welche von Gott bescheret/ und in  
 Schulen gelehret / gehören ins Frauen-  
 zimmer der himmlischen Weisheit / die  
 müssen ihren demüthigen/ gestiffenen und  
 mässigen Dienst bestragen/ sonst wären  
 die Schulen solcher grossen Spende und  
 Unkosten nicht werth / wann dero studia  
 und Lectiones auff der Eangel nichts sol-  
 ten nutzen / und kein Prediger denselben  
 gänzlich absagen / und nirgend nützlich  
 anbringen dürfte/ Confer *Matheſium* Conc.  
 6. ad *Ecclesiasticum* cap. 39. pag. 143. Be-  
 nê *Clemens Alexand.* lib. I. Strom. pag. 151.  
*Edit. Basil. Et si, inquit, ipsa sibi sufficit, nec  
 opis alienæ eget doctrina Servatoris, cum sit po-  
 tentia & sapientia ipsius DEI; tamen Græciani  
 Philosophia si accessit, non quidem validiorem  
 (potentiorẽ) facit veritatem, sed sophisticos  
 insultus ab ea amolitur & insidias omnes aver-  
 tens, [debilem adversus eam efficit Sophi-  
 sticam argumentationem, & propulsans do-  
 losas adversus veritatem insidias, ut ver-  
 tit Gentian. Herbetus] sepes & lorica est Domi-  
 nica vineæ. Idem Clemens lib. VI. Strom. au-  
 det Philosophiam appellare ὑποβάσιον, (non  
 fundamentum, ut vertit Interpres, sed scabel-  
 lum,*

lum,



lum, seu inam scalam) τῆς κατὰ χρεῖν φιλοσοφίας. Philosophiæ Studium non tantum utile, sed etiam quodammodo necessarium est Ecclesiæ doctori, inquit Job. Crocius Comment. in Epist. ad Tit. Tom. III. pag. 459. Non solum enim præparat animum ad refutationem feliciter suscipiendam, sed etiam ipsam refutationem iuvat commodè: Cum enim Sophistæ in rationis ambigiosas latebras ferè se abdant, ut axiomatica Physica aptent rebus fallaciter, vel insidiosas struant consequentias, vel inania atque à se conficta principia jactent captiosè, non parum juvatur veritatis defensor in obstruendo Sophistarum ore, si artes illorum noverit. Intelligebat hoc Julianus Apostata, rerum testimoniis edoctus, quântò diligentius Christiani discerent Philosophiam, tantò feliciter gentilium fallacias pro idolomania tuenda confictas subvertere. Ideò scholas eorum claudi jubebat. Probè autem cognitam habeat futurus Ecclesiæ Minister I. LOGICAM seu DIALECTICAM, utpote, quæ est ἡ γυναικαρχὴ τοῦ πνεύματος τοῦ αἰδέου, instrumentum universale & manus Philosophiæ, ordinis mater & magistra, imò & Methodi tam Synthetica, quàm Analytica, ac proinde suppeditat etiam artificium dividendi ac definiendi, ut inquit Ludov. Crocius in Instruct. de ratione studii



dii Theol. cap. 4. num. 8. *B. Gerhardus in Method. Studii Theol. part. II. Sect. poster. cap. I. pag. 95. Lógica, inquit, inservit Theologia, tradendis legibus definitionum, divisionum, Methodi, & argumentationum, ut distinctè & ordinatè res Theologicas proponere, quæstiones controversas dilucidius exponere, evidentius easdem conformare & adversarios pressius refutare Theologus possit. Sanè Hæreticorum strophas dissolvere, eorumque fallacias & sophisticas argumentationes detegere feliciter ac veræ dogmata tueri & defendere non potest Verbi Minister, nisi ab hâc Instrumentariâ disciplinâ probè instructus sit. Nam ut rectè Augustinus Lib. II. de D. Christian. cap 31. scribit; Disputationis disciplina ad omnia generâ Quæstionum, quæ in Literis sanctis sunt penetranda & dissolvenda plurimum valet; Tantum ibi cavenda est libido rixandi & puerilis quædam ostentatio decipiendi adversarium. Et cap. sequente 34. ait; Quidam plerumque retinentes veram sententiam male se contemnunt, (sive contemptui se exponunt) quia leges conclusionis ignorant. Porro uti ad formandam Concionem requiritur *Analysis Grammatica*, sive vocabulorum nativæ significationis investigatio, ita ad eandem summè necessaria est *Analysis Logica*, quæ nihil aliud*

liud



liud est, quàm legitimum & accuratum de vo-  
cum singularum & periodorum connexionem aut  
disiunctionem iudicium, argumentatio & conclu-  
sio, definiente B. D. Hülsemanno Orator. Eccl.  
cap. I. §. 3. Hæc ostendit, quomodo cohære-  
ant partes textus cum inter se, tum cum an-  
tecedentibus & consequentibus, & ad quem  
locum Topicum quælibet vox aut quodlibet  
argumentum pertineat. Sic v. g. I. Joh.  
I, 7. *Sanguis Jesu Christi &c.* Thema sive  
subjectum est *Sanguis J. C. Filii DEI.* Hoc  
thema exponitur 1. ex loco causarum, & qui-  
dem causæ efficientis, quod scilicet sit *ipsius Filij  
DEI sanguis.* Nisi enim verus DEUS esset, quæ  
esset utilitas per sanguinem ejus, dicente Cy-  
rillo. 2. ex loco effectus; *Emundat ab omni pec-  
cato.* 3. ex loco materie sive objecti, *Emundat  
nos &c.* Ludov. Granatensis Lib. 2. de ratione  
Concionandi cap. 7. de Dialectica seu Topi-  
ca dicit; *Topica ars Pharmacopæjæ similis est, quæ  
docet quidem ex quibus herbis medicamentum  
conficiatur, herbas autem aliunde ipsa colligit.*  
Denique; quanquam præcisè in formam (Syl-  
logisticam seu explicitam) non sit disputandum;  
in Cathedrâ Ecclesiasticâ, nunquam tamen  
contra formam h. e. contra præcepta for-  
malia differendum est. Non enim, ut Chry-  
sostomus loquitur in Epist. ad Roman. missi  
sumus



sumus, ut Syllogismis certemus, sed ut id, quod nobis concreditum, distribuamus. II. RHETORICAM, ut possit Orationes sacras ritè disporre & eleganter pronunciare, cohortationes & dehortationes appositè instituere, affectus movere & sedare, tropos & schemata, quæ in S. Literis frequentissimè occurrunt, explicare, &c. In formandâ enim Concione Resolutionem textus Grammaticam excipit Analysis seu Resolutio Rhetorica, quæ monstrat 1. ad quod genus Causarum, scil. an ad *Didacticum*, seu Demonstrativum, *Elencticum* seu Refutatorium, *Paidenticum* seu Instructorium, *Epanorthoticum* seu Correctorium, an verò deniq; ad *Consolatorium* genus Textus pertineat. 2. tropos & figuras, si quæ Textui insunt, ostendit, & 3. Merita causæ seu argumenta, quibus principale Thema probatur, considerat, & pluribus enarrat. Imò omnia præcepta Rhetoricæ in hac sacra palæstrâ insignem suum usum habent, ac proinde nunquâ excidere Concionatori Rhetoricæ cura debet. Confer *Augustini* libros IV. de Doctrinâ Christianâ, quos non immeritò Rhetoricam Ecclesiasticam dixeris. III. PHYSICAM, 1. ut natura Animæ, (ejus enim curam suscipere in animo habet Ministerii Candidat9,) ipsi sit paulò compertior. 2. ut miracula, ab illis, quæ

quæ



quæ secundum naturæ cursum communem fiunt, secernere, 3. ut similitudines, quas à rebus naturalibus frequenter desumit Scriptura, dextrè explicare, & 4. deniq; ut ipse ex naturalium rerum proprietatibus argumentum ducere queat. *Rerum ignorantia*, inquit *Augustinus Lib. II. de Doct. Chr. cap. 16. facit obscuras figuratas locutiones, quum ignoramus vel animantium vel lapidum vel herbarum naturas, aliarumque rerum, quæ plerumque in Scripturis similitudinis alicujus gratia ponuntur.*

IV. METAPHYSICAM. Hæc, quamvis in Controversiis Theologicis discutiendis (quæ non tam ad Cathedram Ecclesiasticam, quam Academicam spectant,) præcipuum usum habere videatur, non negligenda tamen prorsus est Verbi Ministro, sed delibanda, cum propter præcepta generalia, usu suo sese per omnes materias diffundentia, tum propter terminos universales, quos exponit Prima Philosophia v. g. *actus, potentia, causa, effectus, substantia, accidens, necessarium, contingens, &c.* quorum terminorum maximus in Theologiâ usus est. Rectè *Gilbertus Voëtius lib. I. de Exercit. & Biblioth. Stud. Theol. cap. 4. pag. 30. inquit; Ad accuratos, distinctos & evidentes conceptus tam antisevasticè, quam catasevasticè in Theologiâ dogma-*



dogmatica & Practica, adhuc in explicatione  
 Scripturae formandos, ad proprias Meditationes  
 ampliandas & alienas dijudicandas non magis  
 Metaphysica & Logica carere potest Theologus,  
 quam faber malleo, aut miles armis. V. ETHI-  
 CAM, seu Philosophiam Morum imprimis  
 magno studio pertractet Orator Ecclesiasti-  
 cus, non tam ut observet Sectarum discrimi-  
 na; quid senserit Pythagoras, quid severa Por-  
 ticus, quid Vetus aut Nova Academia, quid  
 hortulus Epicuri, quam ut de Virtutibus & vi-  
 tiis recte differere & ad illas adhortari, ab his  
 vero detertere suos auditores possit. Incul-  
 cat S. Scriptura Temperantiam & Sobrieta-  
 tem I. Thessal. V, 6. I. Tim. III. 2. Tit. II. 12.  
 I. Petr. V. 8. Munificentiam & beneficentiam  
 I. Thessal. V. 15. Mansuetudinem & Lenitatem  
 Gal. V, 23. Eph. IV, 2. 2. Tim. II, 24. Vere-  
 cundiam & modestiam I. Tim. II. 9. Veraci-  
 tatem & justitiam, passim. Damnat opposi-  
 ta vitia. Nusquam vero disertè explicat, quã  
 in repositæ sint virtutes istæ, & circa quæ ob-  
 jecta versentur, sed definitiones ex illâ disci-  
 plinâ, ad quam ea pertinet tractatio, peti  
 permittit. Benè Philippus Melanthon; Non  
 opinor, ait, quonquam adeo insulsum esse, ut non  
 animadvertat, eos, qui instructi sunt Philosophiâ  
 morali, multas partes doctrinæ Christianæ felicius



eius tractare posse. Nam cum multa sint similia, de legibus, deque politicis moribus: adiuvamur non solum ordine ac methodo in Philosophiâ, sed etiam rebus ipsis diligenter perceptis. Carol. Reginus Orat. Christ. Lib. III. cap. XII. pag. 106. inquit; Philosophiæ moralis peritiâ multum adjumenti præbebit (Oratori Christ.) quæ tota cum agat de virtutibus & vitiis, de prudentiâ monastica, æconomica, politica, uberem suppeditabit dicendi materiam, si tanquam administratrix & famula serviat Evangelio. VI. Requiritur etiam aliqualem Rerum POLITICARUM cognitionem in Verbi Ministro, ut sciat munia Principum, Magistratuum, Subditorum, & rectius de illis judicare possit. VII. HISTORIAM quoque tam profanam, quam Ecclesiasticam diligenter evolvat Ecclesiasticus Orator, ut exemplis, quorum vis magna est in commovendis hominum animis, docere, & illustrium Virorum virtutes suis auditoribus ad imitandum proponere possit. Nam historia præteritorum exemplis ostendit, quid in vitâ nobis expetendum, quid fugiendum sit. Ex historiâ vitam nostram & mores alienis malis edocti corrigere & emendare discimus, unde διδασκαλία ἀπειρος, præclarum vitæ humanæ speculum, vitæ Magistrum, exemplar boni prudentisque consilii, multorum

torum



torum intellectus & conferta seu accumulata  
 sapientia dicitur ab antesignanis Historico-  
 rum, Thucydide, Diodoro Siculo, Plutarcho,  
 Tullio, alijsq; *Commemoratio antiquitatis,*  
*exemplorumq; prolatio summa cum delectatione*  
*& auctoritatem orationi affert & fidem,* inquit  
 Cicero Orat. ad Brut. cap. 34. Historia non  
 tantum Gentium migrationes, Imperiorum  
 & Rerumpublicarum ortus, incrementa,  
 mutationes, conversiones, præcipites casus  
 & interitus, religionis propagatæ & conser-  
 vatæ momenta, &c. sed etiam hominum  
 mores, ingenia, dicta, facta, consiliorum pro-  
 speros & adversos eventus, malorum facino-  
 rum poenas & bonorum præmia, humana-  
 rum rerum vicissitudines, variaq; vitæ huma-  
 næ exempla ob oculos ponit, ex quibus, in-  
 deq; nascente felicitate aut miseriâ Orator Ec-  
 clesiasticus innumeras rationes ad persuaden-  
 dum suum thema depromere potest. Vide *Ba-*  
*silium* M. cap. 56. Exhortatione ad Leonem  
 filium. Inprimis necessaria ipsi est Historia,  
 quam Ecclesiasticam vocant, Novisse enim  
 oportet, quid singulis seculis & temporibus  
 in Ecclesiâ Christi gestum sit, qui fuerit anti-  
 quorum certaminum ortus, progressus, exi-  
 tus. Quomodo doctrina Evangelii impugna-  
 ta sit ab hæreticis, defensa cum à Conciliis, tū



â Doctoribus voce & scriptis. Et quia Ecclesia in Imperiis, Regnis & Rebus publicis hospitatur, res in illa gestæ narrari non possunt, nisi etiam, quæ in istis evenerunt, commemorantur. Hincigitur fit, ut absq; Historiâ civili tradi & intelligi Ecclesiastica non possit. *S. Augustinus* lib. II. de Doctrinâ Christianâ cap. XXIX. pluribus docet; Historiæ usum in explicatione Scripturæ magnum esse. *Quicquid*, inquit, *de ordine temporum transactionum indicat ea, quæ appellatur Historia, plurimum nos adjuvat ad sanctos libros intelligendos &c.* B. Gerhardus in Method. Stud. Theol. pag. 237. inquit; *Historia Ecclesiastica* 1. facit ad explicationem historiæ sacræ, 2. testatur de conservatione Ecclesiæ, contra hæresum & persecutionum oppugnat ones 3. exempla virtutum ac vitiorum, præmiorum ac penarum exhibet, unde *Nazianzenus* Historiam vocat *συμπεριληπτικήν φιλοσοφίαν*. 4. *Honestare recreatione mentem exhibet, ac studia graviora temperat.* VIII. MATHESEOS perfectam notitiam non affectet futurus Concionator, sed gustualiquo Ejus contentus sit. Nisi dicas, ideò eam addiscendam esse, quia animum acuit & ad rerum divinarum contemplationem reddit promptiorem. Cum primis autem ex disciplinis Mathematicis, quæ variæ sunt ac va-



ac vastæ, in Theologiâ Ecclesiastica usum ex-  
 imium habent CHRONOLOGIA & GEO-  
 GRAPHIA: Illa ad temporum, quib9 quæq;  
 res gestæ, hæc ad locorum, regionum, urbi-  
 um, populorumq; notitiam conciliandam  
 facit. *Chronologia* seu temporum annotatio  
 & supputatio lux veritatis est, & anima quasi  
 historiæ, & diuturnitatem ejus, memoriamq;  
 rerum gestarum sola conservat & tuetur.  
 Absq; *Geographia* (quæ Astronomiæ subal-  
 ternatur) Patriarcharum, populi Israelitici,  
 Apostoli Pauli, aliorumq; itinera & pere-  
 grinationes nemo rectè percipiet. Quoties-  
 cûq; Sacræ Literæ mentionem faciunt ali-  
 cujus Regionis, populi, urbis, montis, maris,  
 fluminis, (quod certè sæpissimè faciunt,) to-  
 ties hæsitare, & tanquam in ignotâ terrâ va-  
 gari cogitatione necesse est, imò & errare &  
 labi, quando hæc disciplina facem non præ-  
 fert ac viam monstrat. In his omnibus di-  
 sciplinis Philosophicis respiciendum illud  
*Augustini* lib. II. de D. C. cap. 40. Sicut  
*Ægyptii*, ait sanctissimus Pater, non solum idola  
 habebant & onera gravia, quæ populus Israel  
 detestaretur & fugeret; sed etiam vasa atq; or-  
 namenta de auro & argento & vestem, quæ ille  
 populus exiens de *Ægypto* sibi potius, tanquam  
 in usum meliorem clanculo vindicavit, non au-  
 tori-

tori-



toritate propria, sed praecepto DEI, ipsis Aegyptiis nescienter commodantibus ea, quibus non bene utebantur; sic doctrina omnes Gentilium non solum simulata & superstitiosa figmenta gravesque sarcinas supervacanei laboris habent, quæ unusquisque nostrum duce Christo de societate Gentilium exiens debet abominari atque devitare, sed etiam liberales disciplinas usui veritatis aptiores -- quas debet ab eis auferre Christianus ad usum justum prædicandi Evangelii. Transferat ministerii Candidatus Philosophiam ex Stoâ & Peripato in porticum Salomonis, tanquam ab alienis possessoribus in usum meliorem. Nec obstat, quod Gentium Doctor Paulus dicit Coloss. II. 8. βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσαι ὁ σὺλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης &c. Videte, ne quis vos decipiat (deprædetur i. e. velut prædam à DEO abducatur, ut annotat Vatablus,) per Philosophiam & inanem fallaciam. Voce enim φιλοσοφίας intelligit h. l. Apostolus vel Philosophiam Phariseorum, Sadduceorum & Essæorum, ut interpretatur B. Danhavverus in Ideâ Boni Interpret. §. 7<sup>o</sup> pag. 143. ex Josepho, Historico Coævo, lib. 18. Antiquit. cap. 2. vel Sophisticam & falsò dictam Philosophiam, seu potius portentosa & errores Philosophantium, sive Sophistarum, qui argutiis suis & spe-



& speciosis λογισμοῖς incautos decipiunt, qvā  
 explicationem sequens confirmat ἐκδεσις ; διὰ  
 τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπατης, i. e. per *Philosophiam*,  
*quæ est inanis deceptio*, qvam Pseudo-  
 philosophiam supra v. 4. πειθανολογίαν παραλο-  
 γίσαν, *decipientem persuasionem*, i. Tim. VI.  
 20. ψευδῶν μὲν γινώσκιν, falso nominatam scien-  
 tiam & Eph. IV. 14. πανουργίαν πρὸς τὴν μεθοδίαν  
 τῆς σωτηρίας nuncupat S. Paulus, vel deniqve  
 voce φιλοσοφίας intelligit Apostolus *Philosophia*  
*veræ abusum*, qvando scil. illa intra suos ter-  
 minos sese non continet, sed evagatur & Do-  
 minæ potius, qvam ancillæ vel famulæ vices  
 in Religionis negotio obtinere annititur, at-  
 q; cœlestia Myſteria ex suis principiis expli-  
 care præsumit. Rejicit ergo & damnat S.  
 Paulus loco allegato non ipsam veram & ger-  
 manam Philosophiam à Deo homini, in pri-  
 mâ Creatione gratiosè concessam, ejusq; ve-  
 rum & legitimum usum, sed falsam illam,  
 erroneam, Sophisticam & κλεπτικὴν, seu dece-  
 ptoriam Philosophiam, seu potius Philoso-  
 phorum Veterum falsas, vanas & erroneas  
 opiniones, qvæ absurditate suâ sæpe nulli ce-  
 debant deliro, sive ut aliis placet, pessimum  
 & perniciosum Philosophiæ abusum, malāq;  
 applicationē, eumq; inanis seductionis & de-  
 ceptionis titulo declarat. *Sensu Admonitionis A-*



postolicæ est, inquit B. Gerbardus in Methodo  
 Studii Theol. pag. 86. *Christianos non debe-  
 re iudicium de summis fidei Mysteriis corruptæ  
 Philosophiæ committere, ne possessione veritatis  
 spolientur, ac palmam in cursu hujus vitæ sibi u-  
 nicè propositam amittant; Philosophiæ conjun-  
 git ἔκχυσας causὰ κερὶ ἀπάρην, ut ostendat, quàm  
 Philosophiam velit intellectam, eam scil. quæ  
 non continet se intra suam spheram, suosque  
 terminos, sed argute et alia excogitat, quibus ve-  
 ritatem doctrinæ cælestis labefactari posse confi-  
 dit. Hæc ille. Propter hominum vitia res  
 ipsa in invidiam vocanda non est, nec rei  
 ipsi propterea dica scribenda, quia eâ abu-  
 tuntur ingrati & malevoli. Non potest  
 non prodesse optima res benè utenti, sicut  
 in contrarium optimæ rei quandoq; pessim-  
 us est abusus. Quando verò quæritur;  
 An Philosophiæ, ac præsertim Logicæ &  
 Metaphysicæ studia, magis necessaria sint  
 futuro Ecclesiæ Doctori, quàm Lingua-  
 rum, Græcæ ac Hebrææ cultura? negati-  
 vam defendimus. Vide Epistolam Dedi-  
 cator. Dn. D. Calovii præmissam Isagog. ad S.  
 Theolog.*